



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Sacerdotale Ad consuetudinem S. Romanæ Ecclesiæ
aliarumque ecclesiarum ex Apostolic[a]e bibliothec[a]e ac
Sanctorum Patrum iurium sanctionibus, &
ecclesiasticorum doctorum scriptis ...**

Venetiis, 1579

Sermo domini nostri Iesu Christi, an[te] passionem habitus coram
Apostolis lege[n]dus in transitu alicuius.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40307

Dicende super infirmum

Post hec aut rogauit Pilatum Joseph ab Arimathæa: eo quod esset discipulus Iesu: occultus autem pp metum iudeorum: vt tolleret corpus Iesu. Et permisit pilatus. Venit ergo et tulit corpus eius. Venit autem et Nicodemus, qui venerat ad Iesum nocte priuum, ferens misturam myrrhe et aloes quasi libras centum. Acceperunt ergo corpus Iesu: et ligauerunt eum linteis cum aromatibus, sicut mos est iudeis sepelire. Erat autem in loco, vbi crucifixus est, hortus: et in horto monumentum nouum: in quo nondum quisquam positus fuerat. Ibi ergo pp paraascuum iudeorum, quia iuxta erat monumentum, posuerunt Iesum.

Sermo domini nostri Iesu Christi ante passionem habito coram apostolis. Iohannis. Cap. 13.

Ante diem festum pasche, sciens Iesus, quod venit eius hora, vt transeat ex hoc mundo ad patrem, cum dilexisset suos, qui erant in mundo, in fine dilexit eos. Et cæna facta, cum diabolus iam misisset in cor, vt traderet eum Iudas Simonis Iscariotis, sciens quod omnia dedit ei patrem in manus, et quod a deo exiit, et ad eum vadit, surgit a cæna, et ponit vestimenta sua. Et cum accepisset linteam: precipit se. Deinde misit aquas in plenum: et cepit lavare pedes discipulorum, et extergere linteo, quo erat percinctus. Venit ergo ad Simonem Petrum. Et dicit ei Petrus. Domine tu mihi lauas pedes. Respondit Iesus: et dixit ei. Quod ego facio tu nescis modo: scies autem postea. Dicit ei Petrus. Non lauabis mihi pedes in eternum. Respondit ei Iesus: Si non lauero te: non habebis partem mecum. Dicit ei Simon Petrus. Domine non tantum pedes meos: sed et manus et caput. Dicit ei Iesus. Qui lotus est non indiget, nisi vt pedes lauet: sed est mundus totus. Et vos mundi estis: sed non omnes. Sciebat enim, quisnam esset, qui traderet eum: propea dixit: non estis mundi omnes. Postquam ergo lauit pedes eorum: accepit vestimenta sua: et cum recubiuisset iterum dicit eis. Scitis quod fecerim vobis. Vos vocatis me magister et dominus: et bene dicitis. Sum etenim. Si ergo ego laui pedes vestros dominus et magister: et vos debetis alter alterius lauare pedes. Exemplum enim dedi vobis: vt quemadmodum ego feci vobis: ita et vos faciatis. Amen amen dico vobis: non es seruus maior domino suo: neque apostolus maior eo, qui misit illum. Si hec scitis: beati eritis, si feceritis ea. Non de omnibus vobis dico. Ego scio quos elegerim. Sed vt impleatur scriptura: Qui

Qui manducat meum panem, leuabit contra me calcaneum suum.
 Modo dico vobis prius fiat: vt cum factus fuerit, credatis, qz
 ego sum. Amen amen dico vobis: qui accipit siquem misero, me
 accipit. Qui aut me accipit, accipit eum qui me misit. Cuz hec
 dixisset Iesus, turbatus est spu: et protestatus est, et dixit. Amen
 amen dico vobis: qz vnus ex vobis tradet me. Aspicebat ergo
 ad iudicē, hesitantes de quo diceret. Erat aut recubens vnus
 ex discipulis eius in sinu Iesu: que diligebat Iesus. Innuit ergo
 hunc Simon Petrus, et dixit ei: Quis est de quo dicit? Itaqz
 cum recubisset ille supra pectus Iesu, dixit ei: Dñe quis est qui
 tradet te? Rñdit Iesus. Ille est, cui ego intinctu panē porrexe-
 ro. Et cū intinxisset panē, dedit Iudē Simonis Iscariotis. Et
 post buccellā, introiuit, in illum satanas. Et dicit ei Iesus: Qd
 facis, fac citius. Hoc aut nemo sciuit discumbentiu, ad quid di-
 perit ei. Quidā aut putabāt, qz loculos habebat Iudas, qz dixit
 ei Iesus: eme ea q op? sūt nobis ad diē festū, aut egenis vt alē
 quid daret. Cū ergo accepisset ille buccellā: exiuit cōtinuo. Erat
 aut nox. Cū ergo exisset: dicit Iesus. Nunc clarificatus est filius
 hois: et deus clarificatus est in eo. Si deus clarificatus est in eo:
 et deus clarificauit eū in semetipso: et p̄tinuo clarificabit eum. Fi-
 lioli adhuc modicū vobiscum sum. Queritis me: et sicut dixi iu-
 deis, quo ego vado: vos non potestis venire. Et vobis dico mo-
 do: Mandatū nouū do vobis: vt diligatis inuicē: sicut dilexi vos,
 vt et vos diligatis inuicē. In hoc cognoscēt oēs: qz mei discipu-
 lis estis: si dilectionē habueritis ad inuicem. Dicit ei Simon Pe-
 trus: Dñe quo vadis? Rñdit Iesus. Quo ego vado non potes-
 me modo sequi: sequeris aut postea. Dicit ei Petrus: Quare nō
 possum te modo sequi? Viam meam pro te ponam. Rñdit ei Je-
 sus: Viam tuam pro me pones? An eni amen dico tibi, non cant-
 tabit hodie gallus: donec ter me neges. Et ait discipulis suis:
 Non turbetur cor vestrum: creditis in deū, et in me credite. In
 domo patris mei mansiones multe sunt. Si quo minus dixissem
 vobis, qz vado parare vobis locum. Et si abiero, et preparauero
 vobis locum: iterum veniam ad vos: et accipiam vos ad me-
 ipsū, vt vbi sum ego, et vos scitis: et quo ego vado scitis: et viā sci-
 tis. Dicit ei Thomas: Dñe nescimus quo vadis: et quō possumus
 viam scire? Dicit ei Iesus, ego sum via, veritas, et vita.
 Nemo

Ordo commendationis anime

Nemo venit ad patrem nisi per me. Si cognouissetis me: et patrem
meum utique cognouissetis: et amodo cognoscetis eum: et vidistis
eum. Dicit ei Philippus: Domine ostende nobis patrem, et sufficit nos-
bis. Dicit ei Iesus. Tanto tempore vobiscum sum: et non cognouistis
me: Philippe qui videt me, videt et patrem. Quomodo tu dicis ostende no-
bis patrem: Non credis quia ego in patre, et pater in me est? Verba que lo-
quor vobis, a meipso non loquor. Pater autem in me manens ipse fa-
cit opera. Non creditis quia ego in patre, et pater in me est: Alioquin,
propter opera ipsa credite. Amen amen dico vobis: qui credit in me,
opera que ego facio, et ipse faciet: et maiora horum faciet: quia ego ad
patrem vado. Et quodcumque petieritis patrem in nomine meo, hoc faciam,
ut glorificet pater in filio. Siquid petieritis patrem in nomine meo, hoc
faciam. Si diligitis me, mandata mea seruate: et ego rogabo pa-
trem: et alium paraclitum dabit vobis: ut maneat vobiscum in eter-
num spiritum veritatis: quem mundus non potest accipere: quia non vi-
dit eum, nec scit eum. Vos autem cognoscetis eum: quia apud vos
manebit: et in vobis erit. Non relinquam vos orphanos: veniam
ad vos. Adhuc modicum: et mundus me iam non videt. Vos autem
videtis me: quia ego vivo, et vos vivetis. In illo die vos cognosce-
tis, quia ego sum in patre meo: et vos in me: et ego in vobis. Qui ha-
bet mandata mea, et seruat ea: ille est qui diligit me. Qui autem dili-
git me, diliget a patre meo: et ego diligam eum: et manifestabo ei
meipsum. Dicit ei Judas, non ille iscariotes: Domine quid factum
est, quia nobis manifestaturus es teipsum, et non mundo. Respondit ei
Iesus: et dixit: Siquis diligit me, sermonem meum seruet. Et
pater meus diligit eum: et ad eum veniemus, et mansionem apud eum
faciemus. Qui non diligit me, sermones meos non seruat. Et ser-
monem, quem audistis non est meus, sed eius qui misit me patris.
Hec locutus super vobis apud vos manens: Paraclitus autem spiritus
sanctus, quem mittet pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, et suggeret
vobis omnia quecumque dixero vobis. Pacem relinquo vobis, pacem
meam do vobis. Non quomodo mundus dat, ego do vobis. Non tur-
bet cor vestrum, neque formidet. Audistis quia ego dixi vobis, va-
do et venio ad vos. Si diligeritis me: gauderetis utique, quia va-
do ad patrem: quia pater maior me est. Et nunc dixi vobis priusquam
fiat: ut cum factum fuerit credatis. Nam non multa loquar vobis:
cum: venit enim princeps mundi huius: et in me non habet quicquam.

Sed

Sed ut cognoscat mundus, quod diligo patrem, et sicut mandatus est
dicitur mihi pater, sic facio. Surgite, eamus hinc. Ego sum vitis vera:
et pater meus agricola est. Dem palmitem in me non ferentem fructum
tollet eum: et omne qui fert fructum purgabit eum: ut fructus plus
affert. Iam vos mundi estis propter sermonem, quem locutus sum vobis.
Manete in me, et ego in vobis. Sicut palmes non potest ferre fru-
ctum a semetipso, nisi manserit in vite: sic et vos, nisi in me manser-
itis. Ego sum vitis, et vos palmites. Qui manet in me et ego in
eo, hic fert fructum multum: quia sine me nihil potestis facere.
Siquis in me non manserit: mittet foras sicut palmes, et arefcet: et
colliget eum: et in ignem mittet, et ardet. Si manseritis in me, et ver-
ba mea in vobis manserint: quodcumque volueritis, petetis, et fiet vo-
bis. In hoc clarificatus est pater meus: ut fructum plurimum afferat
vobis, et efficiamini mei discipuli. Sicut dilexit me pater, et ego dilexi
vos. Manete in dilectione mea. Si precepta mea servaueritis, ma-
nebitis in dilectione mea: sicut et ego patris mei precepta serva-
ui, et maneo in eius dilectione. Hec locutus sum vobis: ut gau-
dium meum in vobis sit: et gaudium vestrum impleat. Hoc est pre-
ceptum meum: ut diligatis invicem, sicut dilexi vos. Maiorem
hac dilectionem nemo habet: ut animam suam ponat pro ami-
cis suis. Vos amici mei estis: si feceritis quod ego precipio vobis. Iam
non dicam vos servos: quia servus nescit quid faciat dominus eius. Vos
autem dixi amicos: quia omnia quecumque audivi a patre meo nota feci
vobis. Non vos me elegistis: sed ego elegi vos: et posui vos, ut
catis, et fructum afferatis, et fructus vester maneat, et quodcumque pe-
tueritis patrem in nomine meo, det vobis. Hec mando vobis: ut dili-
gans inimicum. Si mundus odit vos: scitote quia me priorem vobis
odio habuit. Si de mundo fuissetis: mundus quod suum erat dilige-
ret. Quia vero de mundo non estis: sed ego elegi vos de mun-
do: propterea odit vos mundus. Admentore sermonis mei:
quod ego dixi vobis: Non est servus maior domino suo. Si me per-
secuti sunt: et vos persequentur. Si sermonem meum servave-
runt: et vestrum servabunt. Sed hec omnia facient vobis propter no-
men meum: quia nesciunt eum, qui misit me. Si non venissetis, et lo-
cutus eis non fuisset, peccatum non haberent. Nunc autem excu-
sationem non habent de peccato suo. Qui me odit, et patrem meum
odit. Si opera non fecissem in eis, que nemo alius fecit, peccatum

Ordo commendationis anime

tū non hient. Nunc autē et viderunt, et oderunt me et p̄em meuz.
Sed vt impleat sermo, qui in lege eozuz scriptus est: Quia odio
habuerunt me gratis. Cum autēz venerit paraclitus, quem ego
mittam vobis a p̄e sp̄m veritatis, qui a patre procedit, ille tes-
timonium perhibebit de me: et vos testimonium perhibebitis,
qz ab initio issecum estis. Hęc locutus sum vobis: vt non scāda-
lizemini. Absque synagogis facient vos. Sed venit hora: vt ois
qui interficit vos, arbitretur obsequiuz se p̄stare deo. Et hęc fa-
cient vobis, qz non nouerunt p̄em, neqz me. Sed hęc locutus
sum vobis, vt cum venerit hora, eozū reminiscamini: qz ego dixi
vobis. Hęc autē ab initio non dixi: qz vobiscū erā. Et nunc va-
do ad eū qui misit me: et nemo ex vobis interrogat me, quo va-
dis? Sed qz hęc locutus suz vobis: tristitia impleuit cor vestrū.
Sed ego veritatē dico vobis: expedit vobis, vt ego vadā. Si
non abiero: paraclitus non veniet ad vos. Si autē abiero, mitā
eum ad vos. Et cum venerit ille, arguet mundum de pctō, et de
iustitia, et de iudicio. De pctō quidē: qz non crediderunt in me.
De iustitia vero: qz ad patrem vado: et iam non videbitis me.
De iudicio autē: qz princeps mundi huius iaz iudicatus est. Ad-
huc multa habeo vobis dicere: sed non potestis portare modo.
Cum autē venerit ille sp̄s veritatis, docebit vos omnem verita-
tem. Non enim loquetur a semetipso: sed quecunqz audiet, loque-
tur: et que ventura sunt annūciabit vobis. Ille me clarificabit:
qz de meo accipiet: et annūciabit vobis. Quia quecunqz habet
pater mea sunt. Propterea dixi: quia de meo accipiet: et annū-
ciabit vobis. Modicum, et iam non videbitis me: et iterū modū
cum et videbitis me: quia vado ad patrem. Dixerunt ergo ex
discipulis eius adinuicem: Quid est hoc quod dicit nobis, modicū
et non videbitis me: et iterum modicum, et videbitis me, et qz va-
do ad patrem? Dicebant ergo: Quid est hoc, quod dicit nobis,
modicū? Nescimus quid loquitur. Cognauit autem Iesus, quia
volebant eum interrogare, et dixit eis: De hoc q̄ritis inter vos,
qz dixi, modicū, et non videbitis me: et iterum modicum videbi-
tis me: et quia vado ad patrem. Amen amen dico vobis: quia
contristabimini: sed tristitia vestra vertetur in gaudiū. Mulier
cum parit, tristitia habet: qz venit hora eius. Cum autem pepe-
rit

rit filium: iam non meminit p̄surre pp̄ gaudium: qz natus est hō
in mundum. Et vos igit̄ nunc quidē tristitiam habetis. Iterum
aut̄ videbo vos, et gaudebit cor vestrū. Et gaudiū vestrūz nemo
tollet a vobis. Et in illo die me nō rogabitis quicquam. Amen
amen dico vobis: siquid petieritis p̄m̄ in noīe meo, dabit vobis.
Aliq̄ modo non petistis quicq̄ in noīe meo. Petite, et acci-
pietis, vt gaudiū vestrū sit plēnū. Hęc in prouerbis locutus suz
vobis. Venit hora, cū iā non in prouerbis loquar vobis: sed pa-
lam de p̄e annuntiabo vobis. In illo die in noīe meo petetis.
Et non dico vobis, quia ego rogabo p̄m̄ de vobis. Ipse. n. p̄
amat vos: qz vos me amastis: et credidistis, qz ego a deo exiui.
Et ui a p̄e: et veni in mundū. Iterum relinquo mundū: et vado
ad p̄m̄. Dicūt ei discipuli eius: Ecce nunc palā loqueris, et p̄-
uerbium nullum dicis. Hunc scimus, qz scis oīa: et non est opus
tibi, vt quis te interroget. In hoc credimus: qz a deo existi. R̄s-
dit ei Iesus. Hodo creditis: Ecce venit hora, et iam venit, vt di-
sp̄rgamini vnusquisque in propria, et me solum relinquatis. Et
non sum solus: quia p̄m̄ mecum est. Hęc locutus sum vobis, vt in
me pacem habeatis. In mundo p̄ssurā habebitis: sed p̄fide,
qz ego vici mundū. Hęc locutus est Iesus: et subleuatis oculis
in cęlum dixit: p̄m̄ venit hora: clarifica filius tuus: vt filius tuus
clarificet te: Sicut dedisti ei p̄tatem oīs carnis: vt oī quod de-
disti ei, det eis vitam ęternā. Hęc est aut̄ vita ęterna: vt cogno-
scant te solum verum deum, et quem misisti Iesum Christum.
Ego clarificauit te super terrā: opus consummaui quod dedisti
mibi, vt faciam. Et nunc clarifica me p̄ apud te ipsum, cla-
ritate quam habui prius p̄ mundus fieret. p̄m̄ manifestauit no-
men tuum hominibus: quos dedisti mihi de mundo. Qui erant,
et mihi eos dedisti: et sermonē tuum seruauerunt. Hunc cognou-
erunt, qz oīa que dedisti mihi abs te sunt: quia verba que dedi-
sti mihi, dedi eis, et ipsi acceperunt. Et cognouerunt vere, quia
a te exiui: et crediderunt, qz tu me misisti. Ego pro eis rogo. Non
pro mundo rogo: sed pro his, quos dedisti mihi: quia tui sunt.
Et mea omnia tua sunt: et tua mea sunt: et clarificatus sum in eis.
Et iam non sum in mundo: et hi in mundo sunt: et ego ad te ve-
nio. p̄m̄ serua eos in noīe tuo: quos dedisti mihi, vt sint vnū
sicut et nos. Cū essem cū eis: ego seruabam eos in noīe tuo: quos
dedisti

Ordo commendationis anime

dedisti mihi, custodiui: et nemo ex eis perijt, nisi filius pditionis,
vt scriptura impleat. Nunc aut ad te venio: et hec loquor in mu-
do, vt habeant gaudium meum impletum in semetipsis. Ego dedi
eis sermonem tuum: et mundus eos odio habuit: quia non sum de mun-
do: sicut et ego non sum de mundo. Non rogo vt tollas eos de
mundo: sed vt serues eos a malo. De mundo non sunt: sicut et
ego de mundo non sum. **P**ater sancte sanctifica eos in veritate: quia
sermo tuus veritas est. Sicut tu me misisti in mundum: et ego mi-
si eos in mundum: et pro eis ego sanctifico meipsum: vt sint et ip-
si sanctificati in veritate. **N**on pro his autem rogo tantum: sed et pro
his, qui credituri sunt per verbum eorum in me: vt et omnes vnum
sint, sicut tu pater in me, et ego in te: vt et ipsi ut, nobis vnum sint: vt
mundus credat, quia tu me misisti. Et ego claritatem, quam dedisti
mihi, dedi eis: vt vnum sint, sicut et nos vnum sumus. Ego in eis,
et tu in me: vt sint consummati in vnum, et cognoscat mundus, quia
tu me misisti, et dilexisti eos: sicut et me dilexisti. **P**ater quos dedisti
mihi, volo vt vbi ego sum, et illi sint mecum: vt videant claritatem
meam, quam dedisti mihi, et dilexisti me ante mundi constitutionem.
Pater iuste, mundus te non cognouit. Ego aut cognoui te: et hi co-
gnouerunt, quia tu me misisti. Et notum feci eis nomen tuum: et no-
tum faciam: vt dilectio qua dilexisti me, in ipsis sit: et ego in ipsis.
Predictæ orationes et suffragia dicenda sunt plus et minus, sicut
necessarium fuerit: quia aliqua in extremis laborant longiori tpe. alia
breuiori: et sicut hoc legenda sunt superscripta in totum, vel in parte.
De officio faciendo post egressum anime de corpore. Cap. 21.
Egressa aut anima dicitur hoc. **R.** Subuenite sancti dei: occurrere
angeli domini, suscipientes animam eius, offerentes eam in con-
specu altissimi. **V.** Suscipiat te Christus: qui vocauit te: et in sinu
Abraham angelus deducant te. Suscipientes. **V.** Requiem eter. et
lux perpet. et. Offerentes. **Deinde.** Kyrie ele. Christus ele. Ky-
rie eleison. **Postea.** Pater noster. Et ne nos in. **V.** Requiem eter. et.
R. Et lux perpet. et. **V.** A porta inferi. **R.** Erue domine animam eius.
V. Requiescat in pace. **R.** Amen. **V.** Domine exaudi. et. **R.** Et clam.
V. Dominus vobiscum. **R.** Et cum spiritu. **Oremus.**
Ibi domine commendamus animam famuli tui. **N.** vt defunctus
seculo tibi viuat: et quia per fragilitatem humane conuersatio-
nis peccata commisit, tu venia misericordissime pietatis ab-
sterge.